



Universitätsbibliothek Paderborn

**Diatribai De Primis Veteris Frisiae Apostolis, Sive
Dissertationes, quibus eoru[m] anni, actus, res,
personae, loca, tempora in eorundem actis occurrentia,
discutiuntur, illustrantur, erroresque ab ...**

Bosschaerts, Willibrord

Mechliniae, 1650

111. An Episcopatus Coloniensis fuerit tempore Pipini Herstalli
Archiepiscopatus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10958

DISSERTATIO CXI.

An Episcopatus Coloniensis fuerit tempore Pipini Herstalli Archiepiscopatus.

Superius Marcellinus Annonem, Agilolphum, intitulauit Archiepiscopos Colonientes. Me de Apographe illâ cogitantem non nunquam incessit dubitatio num eo sâculo Colonenses fuerint Archiepiscopi, an solum simplices Episcopi. Solum Episcopos, non Archiepiscopos fuisse menti insedit, primum motuum est; quod à scriptoribus sexti & septimi ævi solum intitalantur Episcopi, non Archiepiscopi, cum tamen subinde locus postularet, verbi gratia in Epistola S. Bonifacij ad Stephanum Papam exarata à nobis ad dissertatione. 76. Sic in litteris Zachariæ Pontificis ad Episcopos Galliæ & Germaniæ Bonifacij commendatijs datis anno 748. secundum Baronium, Agilolphus Episcopus, & quidem post undecim enumeratos, quos constat Archiepiscopos non fuisse, penultimus in ordine est. Contra dignitatem reuerentiamque Archiepiscopalem & contra rectum stylum foret inter alios simplices Episcopos ultimo pâne loco Archiepiscopum scribi. Exstat Epistola apud Baronium ad dictum annum & Tomo 3. Conciliorum par. 1. sect. 1.

Secundum motuum, Subiectio Ecclesiæ Colonensis sub Moguntinâ tanquam Metropolitanâ à Pontifice (Zachariâ qui sedet ab anno 741. usque in annum 752.) instituta. Cum enim Francorum Proceres peroptarent ordinari aliquam Ecclesiam Metropolitanam fixam & stabilem

lem & Archiepiscopum Cardinalem qui ad successores eam dignitatem transmitteret, & deliberatio inter eos orta esset quā in Germaniæ vrbe sedes locanda esset: tandem propenderunt Principes, propendit Bonifacius, propenderunt & alij omnes in Moguntiam. Cognita horum propensione & ratione, idipsum approbat, ordinat, & confirmat diplomate Zacharias Pontifex: *De eo, quod sug-
gesisti, quia elegerunt unam civitatem omnes Francorum Princi-
pes, per ingentem usque ad paganorum fines, & in partes Germa-
nicarum gentium ubi antea pradicasisti, quatenus ibi sedem Metro-
politanam perpetuo tempore habere debeas, & inde ceteros Episco-
pos ad vitam instrueres rectitudinis, & postmodum tui successores
perpetuo iure possideant; hoc quia decreuerunt, nos leti suscep-
imus, cō quōd ex D E I N V I T U F A C T U M E S T.* Et in alia epistola eodem lib. 2. cap. 15. cum enumerasset breniter Pontifex, quæ in Germania fuissent ad illud usque tempus bene à S. Bonifacio facta, subiungit: *Dum in his p̄ys operibus occupata esset sanctitas tua, nunc usque (Cardinalem,
ut Hincmar. intelligit) Cathedram sedens sibi minimè ven-
dauit. At ubi Deus prædicationem tuam auxit, obtinere voluisti
ut tibi Episcopalem Ecclesiam, vel successoribus tuis confirmare debe-
amus, iuxta corundē filiorum nostrorū petitionem. Et idcirco aucto-
ritate B. P E T R I Apostoli sanctissimū, ut supradicta Ecclesia Mo-
guntia, perpetuis temporibus, tibi, successoribus tuis in Metropolite
sit confirmata, habens sub se has civitates, id est, Tungri, Col-
oniam, Wormatiū, Spiratiū, & Trecis, & omnes Germaniae
gentes, quas tua fraternitas, persuam prædicationem, CHRIS-
TI lumen cognoscere fecit. Lege Othlonum lib. 1. vitæ
Bonif. cap. 44. & lib. 2. cap. 8. & 15. Hincmarum epist.
6. cap. 19. N. Serarium in notis ad Othlonum.*

Dices, S. Bonifacius non erat simpliciter Archiepisco-
pus, sed primas Germaniæ ac generalis Apostolicæ Ec-
clesiæ

392 DE PRIMIS VETERIS FRISIAE APOSTOLIS
eleſiæ Legatus, qua propter non mirum quod illi etiam
Archiepiscopi subiicerentur.

Ref. Zachariam non tam respicere ad personam Boni-
facij quam ad Ecclesiam Moguntinam : nec eleuare aut
confirmare Bonifacium in Archiepiscopum, qui iam du-
dum ea dignitate gaudebat, verum ipsammet Ecclesiam
Moguntinam, ei subiiciens Tungros, Coloniam &c. Nec
alijs essentialibus verbis vtuntur Pontifices dum aliquam
Ecclesiam in Archiantisticam stabiliunt aut erigunt quā
quibus modo Zacharias. Quod autem Primatem Lega-
tumque egerit Bonifacius, nil obstat quo minus simul e-
gerit verum & specialem Archiepiscopum Mogunti-
num. Quinimò Hincmarus epist. citatâ cap. 20. declarat
ita S. Bonifacium Archiep. Moguntinum stabilitum, vt ta-
men perpetuus legatus Romani Pontificis remaneret. Id
ipsum non obscurè significat Othonus lib. vitæ cap. 12.
Quare ex allegatis iudico Annonem & Agilolphum in
Marcellini historia non recte inscribi Archiepiscopos Co-
lonienses.

Quo verò tempore Archiepiscopatus honorem adierit
Colonia, mihi non liquet : melius forsan dicent hoc no-
bis annales Colonienses. Ego ex ratione suspicor sub Ca-
roli Magni imperio, dum multiplicato inter propinquos
Saxones fidelium numero noui ab eo sunt Episcopatus e-
recti, Mindensis, Osaburgensis, Monasteriensis, qui
Coloniensi vtpote viciniori, veluti suffraganei sunt attri-
buti, sicuti hodie eidem tanquam Metropolitano subsunt.
Atqui hæc in nullum præiudicium aut de honestamen-
tum V. & illustris Ecclesiæ Coloniensis, cui ter magnus
honor est à suscepta fide eandem cum Episcopali Cathe-
dra vltra mille annos inter varias procellas non interrupte
& illibatè conseruasse.

D I S S E R T.